Q

Quia intentio eius in isto
libro est loqui de partibus simpli-
cibus mundi, scilicet de cognitione
ſtarum caelum et de mundo
et omnibus accidentibus ea-
rum. Et iam locutus fuit in
primo tractatu de ſtarum corporis
celestis quod non est grave nec
leve et in pluribus suis ac-
cidentibus et declaravit quot
sunt corpora prima simplicia.
Sermo autem de eis que residu-
a sunt corporis celestis et
quibusdam dispositionibus
eius. Intentio autem de plu-
ribus dispositionibus corporum
gravium et levium in quantum
sunt elementa. Hic vero locutus
est in cognitione ſtarum cor-
porum gravium et levium, scilicet in
cognitione harum formarum
gravitatis et levitatis et que
sunt eorum forme et in omni-
bus accidentibus corporum que
contingunt eis propter has formas
aut que contingunt hiis
corporibus in anima. Sermo est autem
quod hoc completo perficitur
sermo de corporibus mundi propter

et simplicibus et de omnibus
existentibus in mundo neces-
sarium est mundus hic. Igitur est
sua intentio.

De levi autem et gravi declarandum est quam
naturam habet et qua de causa habent ista has
virtutes. Perscrutatio enim de hoc convenit mo-
tibus et sermonibus de eis. Quasi dic-
camus remansit ei in hoc libro dicere de formis
corporum simplicium et sunt in quantum forme
eorum sunt gravitas et levitas. Sed latet quas
naturas habent. Incepit dicere quod sua intentio in
hoc tractatu est perscrutari de hoc quod latet de formis
horum elementorum et est cognoscere quid est gravitas
et levitas cum ipsas esse formas horum corporum
et est per se manifestum per se. Et dixit: de levi autem et gravi
declarandum est, id est exponenda sunt hec nobis.
Deinde dixit: et qua de causa, id est et qua de causa
iste proprietates, scilicet gravitas et levitas, sunt princi-
pia motuum contrariorum in hiis corporibus vocatis
elementa. Et hec perscrutatio non est de causa agen-
te, sed de formali qua facit leve moveri ad sursum
et grave ad inferius, et etiam de causa finali propter
quam hoc est leve, hoc autem grave. Res enim
eterne non habent agentem nisi secundum similitudinem,
et non habent ex quatuor causis nisi formalem et fina-
lem. Et si habent aliquid quod agens non erit nisi id quod
est forma illi et conservans ipsum. Deinde dixit: perscru-
tari enim de hoc convenit et cetera, id est et necesse est consi-
derare in eis. Perscrutatio enim considerationis in eis similiter est
consideratio in rebus mobilibus, scilicet naturalibus,
et hec sunt necesse quia natura est principium
motus et quietis, et grave et leve sunt princi-
pia horum elementorum, quare propter necesse est nobis
loqui de eis.

Est enim que de ipsis.
Ergo dicamus quod nos dica-
mus grave et leve nisi
illud quod habet proprietatem qua mo-
vetur motu illo et non invenimus
ad actionem vel eorum
nomen institutum nisi as-
verit ea hanc actionem. Et quod
antiqui naturales dixerunt